TRACTATVS DE MANVTENTIONE IN POSSESSIONE VERGINII DE BOCCATIIS A' CINGVLO, I.C. ROMANI.

Item,

De Iudiciali Immiſſione in Poſſeſs.

SIMONIS VINCENTINI.

Et de Remedijs Poſſeſſorijs,

CONSTANTINI ROGERII.

Adiecta ſunt Summaria & Index locupletiſſimus.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Gymnicum, ſub Monocerote,
ANNO M. D. LXXXVII.
Cum Priuilegio Caſ. Maieſt. ad ſexennium.

Coll. Soc. Iesu Salm. ex dono Regum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO DOMINO D. ALOYSIO ESTENSI CARDInali Ampliſsimo tituli Sancti Angeli,

Verginius de Boccatijs à Cingulo I.C. Romanus S.P.D.

ILLVSTRISSIME, & Reuerendiſsime Aloyſi, Regia ſtirpe genite, Dum eſſem Romæ, virtutes Regias, quibus te, & genus tuum magis illuſtras, & clarum reddis, obſeruabam: nempe in rebus, in quibus maximum verſatur periculum, nec locum deſeris, nec pugnare deſiſtis, ſed omnia fortiter ſuſtines, & ſuſtinendo vincis. Et quando alijs eſt per te iuſtitia miniſtranda, factum cauſæ à quocunque recitatum exiſtat, ſubitò percipis, illud in mente voluis, & ſi ea, quæ proponuntur ex qualitate facti, & perſonarũ, vera eſſe probantur, ma-

SIMONIS VINCENTINI

De iudiciali immiſsione in poſſeſſionem.

SVMMARIA.

1 *Actor agens actione reali, ſi petit mitti in poſſeſsionem, mittendus eſt in poſſeſsionem duntaxat rei petitæ.*

2 *Actor quando in poſſeſsionem aliorum bonorũ mittatur.*

3 *Reus cùm latitat, an fiat miſsio in poſſeſsionem omnium bonorum, etiamſi actione reali agatur.*
Quid ſi non latitet.

4 *Actor cùm ante litis conteſtationem in poſſeſsionem rei petitæ miſſus eſt, an poſsidere dicatur. & infr. num. 6. & 7.*

5 *Actor quando poſsidere incipiat.*

8 *L. is cuius. ff. ſi ſeruit. vendi. quomodo intelligatur.*

9 *Decretum ſecundum an locum habeat, vbi actor in reali, in poſſeſsionem miſſus eſt.*

10 *Actor ſi poſt litem conteſtatam in poſſeſsionem miſſus ſit, an dicatur poſsidere.*

11 *Actori an poſſeſsio acquiratur, quando iudex poſſeſsionem cauſa cognita ei decreuit.*

12 *Poſſeſsio ex iudicis decreto non transfertur.*

13 *Actor ſi per ſententiam in poſſeſsionem mittitur plenam poſſeſsionem acquirit.*

CONSTANTII ROGERII DE REMEDIIS POSSESSORIIS.

SVMMARIA.

1 *Poſſeßio quibus modis amittatur.*
2 *Quo interdicto in ſpoliantem agatur.*
3 *Remedium legis cum quærebatur, quale ſit.*
4 *Lex dicta cum quærebatur, in quibus pœnalis ſit.*
5 *Rei vendicatio an ſufficiat, quandò agitur tantùm de probatione domini.*
6 *Poſſeſſor bonæ fidei quo legis remedio iuuetur ſi à poſſeßione ceciderit.*
7 *Remedia poſſeſſoria quibus dentur.*
8 *Cadenti à poſſeßione an nulla detur actio poſſeſſoria.*
9 *Actio in factum vel officium iudicis an competat priuatis poſſeßione caſu fortuito.*
10 *Principalis debitor prius diſcutiendus eſt antequā fideiuſſor.*
11 *Remedia adipiſcendæ poſſeßionis quæ ſint.*
12 *Interdictum quorum bonorum quibus competat.*
13 *Differentia quid ſit inter interdictum quorum bonorum & remedium l. ſina. C. de edict. diui Adr. tollendo.*
14 *Saluianum interdictum quibus detur.*
15 *Retinendæ poſſeßionis remedia.*

PRO

TRACTATVS DE INTERDICTO VTI POSSIDETIS, SIVE DE MANVTENTIONE IN poſſeſſionem,

Verginij de Boccatijs de Cingulo I.C. Romani.

PROOEMIVM AD LECTOREM.

Adſit Sanctiſſima Trinitas, & glorioſiſſima Virgo Dei genitrix.

QVoniam parùm eſt poſſeſſiones rerum acquirere, vel recuperare, niſi retineantur, & conſeruentur; & ob id de retinenda, conſeruanda, & manutenenda poſſeſſione aliqua dicere decreui: nã cùm Prætor inhibeat, ne vis fiat ingredienti in ſua poſſeſſione, ſtatim aduerſarium cedere, & vacuam poſſeſſionē relinquere iubet, quod eſt multo plus quàm reſtituere, l. pen. § fin. ff. de acquir. poſſeſ. & ſolet à Curialibus in Romana Curia dici, mandatum de manutenendo

De interdicto, de aqua quotidiana, & æſtiua. Cap. XXVII.

DE hoc interdicto, de aqua quotidiana, & æſtiua latè ſcribitur per Menoch. in 6. remedio, ideo ad eum recurre: ſimiliter de interdicto de riuis & de interdicto de fonte, de quibus tractare non expedit, cum huiuſmodi interdicta parum vſu eſſe noſcantur in iſtis partibus, ideo ad tractatus particulares in Digeſto, & Codice quando caſus euenerit, recurrendum eſt: nam libellus de interdicto Vti poſſidetis ſatis creuit contra meam intentionem, cum propoſuerim quædam magis vtilia tractare, & ad mei vtilitatem congerere non tranſcribendo aliena, vt membranas implerẽ, licèt in certis materijs aliter facere nequiuerim, tamen multa ſuppleui, & declaraui quæ aliquando pro communi hominum vtilitate deſeruire poterunt, & ob id lector boni conſulat.

Laus Deo, & Sanctiß. Trinitati, & glorioſiſſimæ virgini Mariæ Matri D. N. Ieſu Christi, cui honor, & gloria in ſempiternum. Amen.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA MARCA